5° Acatholici nulli, nec oratorium ullum, proinde
6° Nec Nobiles, nec Libertini dantur

7° Ecclesiae structura est murata, ante annos 5 erecta, eget externa dealbatione, Imaginibus et ornatu.
8° Annuos Proventus nullos, praeter 2 Rhenenses floreni 2 ab una Terrula, et eidem Prato advicinato. Ex fundis autem Ecclesiae donatis vel legatis etcetera siquidem nulli essent percipit nihil.
9° Pro Casu necessitatis, ipsu communitas Loci providet Ecclesiae.

10° Domus Parochialis Statui commoda, per praedecessorem Domini Parochi propriis sumptibus erecta.

11° Parochus ex fundo 4/8 efficiente, et quidem ex Horto, et arboribus subducto labore ac Cultivatione solet prosperare *florenos 2*
Ex gramine per se colligi solito solet habere currus 5 cujus subtracto labore valet *florenos 6*
Ex agris per se cultivari solitis, dempto semine et Trituratorum parte. Ex Tritico Metretas Posonienses numero 6 singulam computando a Rhenensi floreno 1 denariis 42 *florenos 10 denarios 20*
Ex Siligine Metretas 8 singulam a Rhenensi floreno 1 computando facit *florenos 8*
Hordeo Metretas 4 quaelibet computata a Rhenensi floreno 1 constituit *florenos 4*
Avena Metretas 30 singulam a denariis 30 computando facit *florenos 15*
Pannico Metretas 2 singulam a Rhenensi floreno 1 *florenos 2*
Ex Fabis Metretam 1 computata a Rhenensi floreno 1 *florenum 1*
Ex Pisis et Lentibus nihil.
Parochianorum quilibet Hospes annue praestat Parocho ½ Metretam Siliginis, ½ Hordei, ½ Metretam Avenae. In Summa Metretas Siliginis numero 7 singulam a Rhenensi floreno 1 computando facit *florenos 7*
Avenae totidem a denariis 30 summendo constituit *florenos 3 denarios 50*
Ex reliquis vero speciebus nihil, ita nec ex Generali Parochorum Cassa quidquam percipit.
Summa Proventuum fixorum *floreni 58 denarii 70*

372 Máriakút (1899-ig Rafajócz), Rafajovce [SK], Eperjesi kerület Varannói járás; Cat1792: Rafajóc, Sztropkói esp. ker.; Conscriptio1806: Rafajóc, Sztropkói esp. ker.

[pag. 886]
Ex Stola percipit

A Baptismate et introductione Puerperae	*florenum 1denarios 20*
Sepultura Senioris et Iunioris	*florenum 1denarios 60*
Copulatione, promulgatione et introductione neo-nuptae	*florenum 1denarios 40*
Ex coleda et offertoriis ad Ecclesiam deferri solitis	*florenum 1*
Summa Proventuum Stolaris	*floreni 5 denarii 20*
Summa Proventuum fixorum	*floreni 58 denarii 70*
Summa summarum	*floreni 63 denarii 90*

Praenominata Parochia Filiales habet 3. Prima est Possessio

Piszkoróczi[373]

distans a Matre 1 ½ hora, ubi
1º Domus Terrestris est Illustrissimus Baro Ioannes Sennyey et Illustrissima Domina Baronissa Horvathiana Romano Catholicis.
2. Ius Patronatus penes titulo suam Illustritates manet.
3. Sunt animae in hac Filiali Confessionis Capaces numero 117 omnes Graeco Catholicae
4. Ex quibus ½ Sessionis Coloni sunt numero 1, ¼ autem numero 13, Inquilini 2.
5. Acatholici nulli inveniuntur, proinde
6. Nec Nobiles, nec Libertini hic Loci reperiuntur.
7. Ecclesiae structura est Lignea antiqua, reparatione egens, ornatibus vero utcunque provisa, animarum circiter 200 capax.
8. Proventus nullos habet, ita nec ex Marsupiali, pulsu Campanarum, aut alia aliqua elemosina quidquam percipit.
9º In Casu necessitatis communitas Loci Ecclesiae providere solet.
10. Parochiani annue praestant Parocho ½ metretam Siliginis vel Hordei ½ Avenae. In summa efficit Metretas Siliginis numero 7 et ½ computando singulam a denariis 51 constituit *florenos 6 denarios 30*
Avenae 7 et ½ quamlibet computando a denariis 30 facit *florenos 3 denarios 75*
Ex reliquis vero speciebus nihil.
Summa Proventuum fixorum *floreni 10 denarii 5*
Ex Stola annue percipit

A Baptismate et introductione Puerperae	*florenum 1denarios 20*
Sepultura Senioris et Iunioris	*florenum 1denarios 65*
Copulatione, promulgatione et introductione neo-nuptae	*florenos 2 denarios 60*
Ex coleda et offertoriis ad Ecclesiam deferri solitis	*florenum 1 denarios 20*
Summa Proventuum Stolaris	*floreni 6 denarii 65*
Summa Proventuum fixorum	*floreni 10 denarii 5*
Summa summarum	*floreni 16 denarii 70*

2da Filialis est Possessio

373 Királyhegy (1899-ig Piszkorócz), Piskorovce [SK], Eperjesi kerület Homonnai járás; CAT1792: Piskaróc (Rafajóc filiája), Sztropkói esp. ker.; CONSCRIPTIO1806: Piszkoróc (Rafajóc filiája), Sztropkói esp. ker.

Girocz[374]

distans a Matre una hora
1° Dominus Terrestris est Illustrissimus Dominus Liber Baro Volfgangus Vécsey de Hajnácskő
2. Ius Patronatus penes suum Illustritatem manet.
3. Sunt animae in hac Filiali Confessionis Capaces numero 51
4. Ex his Coloni 3/8 sunt numero 6, Inquilini nulli.
5. Acatholici nulli, ita nec oratorium invenitur.
6. Nec Nobiles, nec Libertini dantur
7° Ecclesiae structura est murata, non ita pridem erecta misere provisa animarum circiter 250 capax.
8. Proventus paenitus nullos habet.
9. De rebus necessariis communitas Loci providem solet Ecclesiae.
[pag. 887]
10° Parocho annue praestant Coloni ½ metretam Siliginis ½ Aveanae. In Summa praestant Metretas Siliginis numero 3 a Rhenensi floreno 1 computando facit *florenos 3*
Avenae itidem numero 3 computando a denariis 30 constituit*florenum 1 denarios 60*
Summa Proventuum fixorum *floreni 4 denarii 60*
Ex Stola
A Baptismate, Introductione puerperae , Sepultura, Copulatione et ex Coleda sumptim in Concreto *florenos 3*
Summa summarum *floreni 7 denarii 60*

3tio Filialis est Possessio

Kassárocz[375]

quae distat a Matre una hora
Dominus Terrestris est Illustrissimus Dominus Liber Baro Volfgangus Vécsey
Ius Patronatus penes eandem suam Illustritatem manet.
Sunt animae in hac Filiali Confessionis Capaces numero 56.
Ex quibus Coloni sunt numero 10.
Acatholici nulli, adeoque nec oratorium ullum datur.
Nec Nobiles, nec Libertini dantur.
Ecclesiola(!) est murata, mixta Romanos Catholica antiqua
Proventu, ac aliis beneficiis currus
In Casu necessitatis communitas Loci, providet Ecclesiae.
Praestant annue Parocho Coloni, in Summa Metretas Siliginis numero 5 a Rhenensi floreno 1 *florenos 5*
Avenae itidem Metretas 5 singulam a denariis 30 computando facit

374 Gerlefalva (1899-ig Girócz), Girovce [SK], Eperjesi kerület Varannói járás; Cat1792: Giróc (Rafajóc filiája), Sztropkói esp. ker.; Conscriptio1806: Giróc (Rafajóc filiája), Sztropkói esp. ker.

375 Kosárvágása (1899-ig Kosarócz), Košarovce [SK], Eperjesi kerület Homonnai járás; Cat1792: Kozáróc (Rafajóc filiája), Sztropkói esp. ker.; Conscriptio1806: Kosaróc (Rafajóc filiája), Sztropkói esp. ker.

florenos 2 denarios 50
Summa Proventuum fixorum *floreni 7 denarii 50*
Ex Stola
Proventus Stolaris annue infert *florenos 5 denarios 50*
Accedit athaec Possessio Kelcse
essiquidem solumodo 5 Coloni Graeci Ritus Catholici in dicto Possessione reperiuntur incluso fixo, ut Stolari proventu infert *florenos 4*
Summa 3ae Filialis Proventuum *floreni 17*
Summa 2ae Filialis *floreni 7 denarii 60*
Summa 1ae Filialis *floreni 16 denarii 70*
Summa In Matre Proventuum *floreni 63 denarii 95*
Summa Proventuum Parochi *floreni 105 denarii 25*
Cantor in Matre Raffajócz Domum quidem habet propriam, sed ruinae proximam sine appertinentiis extravillanis. Cujus Proventum, tam annualem, quam et stolarum calculando constituit *florenos 12 denarios 60*
2dus Cantor datur in Filiali Piszkorócz habens Domum propriam una cum appertinentiis extravillanis propriis sumptibus compuratam, percipit autem ex stolari, quam et annuali proventu anne *florenus 6*

Possessio

Velkrop[376]

Mater est abantiquo erecta

1º Dominus Terrestris est Illustrissimus Dominus Comes a Lamuth.
2. Ius Patronatus penes eandem suam Illustritatem manet.
3. Sunt animae in hac Matre Confessionis capaces numero 134 omnes Graeco Catholicae.
4. Ex quibus 3/8 Coloni sunt numero 20, 1/8 autem 4, Inquilini 2.
5. Acatholici nulli, nec Oratorium ullum.
[pag. 888]
6. Nec Nobiles, nec Libertini dantur.

7. Ecclesia est murata, ante 3 annos ex fundamento erecta, necessariis vero ornatibus, et supellectilibus misere provisa, animarum circiter 300 capax.
8. Annuos Proventus nullos, quia Capitali nullum habet, ita nec ex fundus Ecclesiae donatis, aut legatis. Criptis, pulsu Campanarum, Marsupiali, aut alia aliqua elemosina quidquam percipit.
9º Pro Casu necessitatis ipsa Communibus Loci providet Ecclesiae.

10º Domus Parochialis statui optima per modernum Parochum ante 13 annos propriis sumptibus erecta.

11º Parochus annue percipit ex fundo ½ sessionis, et quidem ex horto et arboribus, subinde 2do subinde anutem 3tio anno subducto cultivatione, ac aliis expensis *florenos 2 denarios 50*
Ex gramine per se coligi solito, solet habere quolibet anno currus faeni numero 6 cujus subtracto labore valet *florenos 6*
Ex agris per se cultivari solitis dempto semine, et Trituratorum parte, in Tritico vernali Metretas Posonienses 8 singulam a Rhenensi floreno 1 denariis 42 computando facit *florenos 13 denarios 70*
Ex siligine nihil.
Ex Hordeo nihil.
Avenae Metretas 30 singulam a denariis 30 computando constituit *florenos 15*
Panico Metretas 8 singulam a Rhenensi floreno 1 computando facit *florenos 8*
Ex Leguminum Speciebus, ut pote Lentibus et Fabis nihil.
Pisis Metretam 1 a Rhenensi floreno 1 denariis 42 computando facit *florenum 1 denarios 70*
Ligna Focalia ex Sylvis Dominalibus ipsimet sibi Parochus convehi curat, si tamen emere necessitatetur contentaretur 12 orgiis

376 Velkő (1899-ig Velkrop), Veľkrop [SK], Eperjesi kerület Sztropkói járás; CAT1792: Velkrop, Sztropkói esp. ker.; CONSCRIPTIO1806: Vejkrop, Sztropkói esp. ker.

Praeter haec quilibet Parochianorum hospes unum Jugalem, vel in hujus Locum 2 manualis dies Parocho solet praestare.
Parochianorum quilibet hospes annue praestat <Parocho ½ Metre>tam Hordei, vel Panici ½ Metretam vero Avenae. In Summa constituit Metretas numero 12 singulam a denariis 51 computando facit *florenos 10 denarios 20*
Avenae Metretas numero 12 singulam a denariis 30 computando constituit *florenos 6*
Ex reliquis vero speciebus Schematice deductis percipit nihil, ita nec ex Generali Parochorum Cassa titulo subsidii quidquam participat
Summa Proventuum fixorum *floreni 63 denarii 10*
Ex Stola annue percipit
1° A Baptismate et introductione Puerperae *florenos 3 denarios 50*
Sepultura Senioris et Iunioris *florenos 2 denarios 50*
Copulatione, promulgatione et introductione neo-nuptae *florenos 2 denarios 40*
Ex Coleda et offertoriis ad Ecclesiam deferri solitis *florenum 1 denarios 10*
Summa Proventuum Stolaris *floreni 9 denarii 50*
Summa Proventuum fixorum *floreni 63 denarii 10*
Summa Summarum *floreni 72 denarii 60*

Cantor in dictu Possessione Velkrop interi malis datur, tam domo, quam et fundo carens, qui per Colonos interteneri solet.
[pag. 889]
Proventum ex Hordeo, vel Panico annue percipit Metretas Posonienses numero 6 singulam a denariis 51 computando facit *florenos 5 denarios 10*
Avenae vero Metretas 6 quamlibet assumendo a denariis 30 constituit *florenos 3*
Summa Proventuum fixorum *floreni 8 denarii 10*
Ex stola
A Baptismate, Sepultura utraque, Copulatione, Coleda et offertoriis *florenos 2 denarios 20*
Summa Summarum *floreni 10 denarii 30*

Possessio

Sztaskócz[377]

Mater est abantiquo erecta

1º Dominus Terrestris est Illustrissimus Dominus Liber Baro Volfgangus Vécsey
2. Ius Patronatus penes eandem titulo suam Illustritatem manet.
3. Sunt animae in hac Matre Confessionis Capaces numero 100 omnes Graeco Catholicae
4. Ex quibus Coloni sunt numero 9.
5. Acatholici nulli, nec oratorium proinde
6. Nec Nobiles, nec Libertini dantur

7. Ecclesiae structura est Lignea antiqua, anno abhinc 5to noviter tecta pro hic et nunc nulla reparatione eget, necessariis vero ornatibus, et supellectilibus bene provisa, animarum circiter 200 capax.
8. Annuos Proventus nullos, quia Capitale nullum, ita nec ex fundis Ecclesiae donatis vel legatis, si quidem nulli essent, ita nec ex scriptis(!), pulsu Campanarum, aut marsupiali quidquam percipit.
9º In Casu necessitatis, ipso communitas Loci prospicat Ecclesiae.

Domus Parochiales statui commoda Lignea, per praedecessorum moderni Parochi aedificata.

11º Parochus annue habet proventus ex fundo 1/8 efficiente per Dominium Terrestrale assignato, et quidem ex horto, et arboribus, subducto operariorum labore et cultivatione ejus solet habere *denarios 90*
Ex gramine per se colligi solito habet currus 2 cujus subtracto labore valet in his partibus *florenos 2*
Ex agris per se cultivari solitis solet annue habere ex Tritico vernali Metretas Posonienses 8 singulam a Rhenensi floreno 1 denariis 42 computando constituit *florenos 13 denarios 70*
Ex Hordeo Metretas 2 singulam computando a denariis 48 facit *florenum 1 denarios 60*
Avena Metretas 24 singulam a denariis 30 computando constituit *florenos 12*
Panico Metretas 6 a Rhenensi floreno 1 assumendo *florenos 6*
Ex fabir Metretam 1 a Rhenensi floreno 1 facit *florenum 1*
Ex aliis vero Leguminum speciebus percipit nihil, ex quo in his partibus eorundem, nulla procreationis fertilitas daretur, ideo nec seminantur.
Parochiani annue praestant Parocho ½ metretam Hordei, vel Panici, ½ Avenae. In summa Hordei Metretas numero 5 singulam a denariis 51 assumendo facit *florenos 3 denarios 60*

377 Sztaskóc, Staškovce [SK], Eperjesi kerület Sztropkói járás; CAT1792: Sztankóc, Sztropkói esp. ker.; CONSCRIPTIO1806: Sztaskóc, Sztropkói esp. ker.

Ex Avena itidem numero 5 singulam a denariis 30 constituit *florenos 2 denarios 50*
Ligna focalia ex Sylvis Dominalibus habet, sed venalia nulla 12 orgiis contentaretur.
Summa Proventuum fixorum *floreni 43 denarii 30*
Ex Stola annue percipit
A Baptismate et introductione Puerperae *florenos 2 denarios 70*
Sepultura Senioris et Iunioris *florenos 2*
Copulatione, promulgatione, et introductione neo nuptae *florenum 1 denarios 40*
Ex Coleda et offertoriis *florenum 1*
Summa Proventuum Stolaris *floreni 7 denarii 10*
[pag. 890]
Summa Proventuum fixorum *floreni 43 denarii 30*
Summa Proventuum Stolaris *floreni 7 denarii 10*
Summa Summarum *floreni 50 denarii 40*

Praenominata Parochia habet Filiales duas.
1ma Filialis est Possessio

Sztaskocz[378]

in parte Comitatus Saiirosiensis(!) existens, quam fluvis Bisztra vocitatus a Matre distingvit.
1o Dominus Terrestris est Illustrissimus Comes Szirmay de Szirma-Bessenyö.
2o Ius Patronatus penes titulo suam Illustritatem manet.
3. Sunt animae hac Filiali Confessionis capaces numero 31.
4. Ex quibus sunt Coloni 9.
5. Acatholici nulli, nec oratorium, ita
6. Nec Nobiles, aut Libertini dantur.
7. Ecclesia nulla.
8. Parochus annue percipit a Parochianis ½ metretam Hordei, vel Panici, ½ vero metretam Avenae. In summa Hordei, vel Panici Metretas numero 4 ½ singulam a denariis 51 computando facit *florenos 3 denarios 82 ½*
Avenae itidem Metretam 4 ½ singulam a denariis 30 computando constituit *florenos 2 denarios 25*
Summa Proventuum fixorum *floreni 6 denarii 7 ½*
Ex Stola annuali
A Baptismate et introductione Puerperae *florenum 1 denarios 50*
Sepultura Senioris et Iunioris *florenum 1*
Copulatione et introductione neo-nuptae *denarios 50*
Ex Colleda(!) et offertoriis *denarios 25*
Summa Proventuum Stolaris *floreni 3 denarii 25*
Summa Proventuum fixorum *floreni 6 denarii 7 ½*
Summa Summarum *floreni 09(!) denarii 32 ½*
2da Filialis est Possessio

378 Sztaskóc, Staškovce [SK], Eperjesi kerület Sztropkói járás; CAT1792: Sztankóc, Sztropkói esp. ker.; CONSCRIPTIO1806: Sztaskóc, Sztropkói esp. ker.

Vladicsa[379]

distans a Matre uno quadrante
Dominus Terrestris est Illustrissimus Dominus Liber Baro Volffgangus(!) Vécsey de Hajnácskő.
Ius Patronatus penes eandem titulo suam Illustritatem manet.
Sunt animae in hac Filiali Confessionis Capaces numero 58.
Ex quibus Coloni sunt numero 10.
Acatholici nulli, nec oratorium ullum, proinde
Nec Nobiles, nec Libertini dantur.
Habet autem Parochus annue a quolibet Colono ½ Metretam Hordei, vel Panici, totidem Avenae. In summa Hordei Metretas numero 5 singulam a denariis 51 computando facit *florenos 4 denarios 25*
Avenae itidem Metretas numero 5 quamlibet a denariis 30 computando facit *florenos 2 denarios 50*
Summa fixorum *floreni 6 denarii 75*
Ex Stola
A Baptismate et introductione Puerperae *florenum 1 denarios 25*
Sepultura Senioris et Iunioris *florenum 1*
Copulatione et introductione neo-nuptae
Ex Coleda et offertoriis *denarios 50*
Summa Proventuum Stolaris *floreni 2 denarii 75*
Summa Proventuum fixorum *floreni 6 denarii 75*
Summa Summarum *floreni 9 denarii 50*
[pag. 891]
Summa Proventuum in Matre *floreni 50 denarii 40*
Summa 1mae Filialis *floreni 9 denarii 32 ½*
Summa 2dae Filialis *floreni 9 denarii 50*
Summa Summarum Parochiae Sztaskócz *floreni 69 denarii 22 ½*

Cantor in Matre Sztaskócz residet. Domum propriam eamque commodam habens, percipit autem annue, tam ex Matre, quam et Filiali Avenae Metretas Posonienses numero 14 singulam a denariis 30 computando constituit *florenos 7*
Ex reliquis vero speciebus nihil.
Ligna focalia ex indultu Dominali habet si aere parato emere necessitantur 6 orgiis contentaretur.
Ex Stola annue percipit
1° A Baptismate ex introductione Puerperae *florenos 2*
Sepultura Senioris et Iunioris *florenos 2 denarios 50*
Copulatione et introductione neo-nuptae *florenum 1 denarios 50*
Ex coleda 1 metretam Avenae, computando a denariis 30 *denarios 50*
Ex offertoriis nihil.
Summa Proventuum Cantoris *floreni 13 denarii 50*

379 Vladicsa/Ladács (Felsőladács és Alsóladács egyesítésével jött létre), Vladiča [SK], Eperjesi kerület Sztropkói járás; CAT1792: Vladicsa (Sztankóc filiája), Sztropkói esp. ker.; CONSCRIPTIO1806: Vladicsa, Sztropkói esp. ker.

Super cujusmodi Graeci Ritus Catholicarum Parochiarum Conscriptione hasce in fidem subscripsimus. Signatur Brusznyicza die 1ma Maii 1783.

Ioannes Bárczy de Bárcziháza Inclytus Comitatus Zempliniensis Vice Iudlium manu propria

Coram me Ioanne Gulovits Praochus Brusznyiczensis et Vice Archidiacono Sztropkoviensis manu propria

Gabriel Szent-Iványi de Eadem Ejudem Inclytus Comitatus Iuressor manu propria.

[pag. 892]
Nº 3º Brusznicza
Olyka-Sztropkó
Závada
Kis-Breznicze
Orosz-Hrabócz
Havaj
Mikova
Puczak
Rafajócz
Velkrop
Sztaskocz

Auseinandersetzung Zempliner Komitat
Munkatscher Dioezes
Mit Beilagen Sub A. C. D. et E.
Dann Zwei Tabellen Sub Numero 1° et 2do
Nebst einem Klosterausweis

[fol. 366r][380]

Infrascriptus ad exigentiam Gratiosi Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii numero 523 ex conbinata Parochiarum et Filialium Ecclesiarum Graeco Catholicarum conscriptionem commodiorem nonullorum in Districtu Gall-Szecsensi habitarum partitionem cum concursu Diaecesani peragendam praecipientis Intimatis refero: Quod ego cointelligenter cum admodum Reverendis Michaele Krucsaj Gall-Szecsiensis, Mathia Gáll Ujheliensis Districtuum Vice Archi-Diaconis Matrem Ecclesiam Graeco Catholicam Sztankovcz cum projectatis Filialibus Kereplye et Visnyo pro Matre ob defectum normalis animarum numeri non admissam ad quam nam affiliali debeant Matrem disquisivimus conperimusque eas Matribus Czábovcz et Bacsko ex ratione proximioritatis affiliandas venire, sed quia praedictae Matres, utpote Czabocz cum Filiali Szecs-Polyanka animabus in toto 573 Bacsko cum Filialibus Dargo et Praedio Albin animabus 740 provisa B<acsko> foret Sztankoncz autem cum projectatis suis Filialibus animas 560 juxta modernam efferet conscriptionem praeter id, quod Parochi praefatarum Matrum per affiliationem harum debitae animarum curae non sufficirent, in his quoque normalis animarum numerus adest, eandem aut pro Matre reliquendam aut pro capellania transformandam opinantes, pro alter utra harum humillima projecamus.
Tandem Ecclesiam Graeco Catholicam M. Iszip ex praeinducta defectus numeri normalis ratione pro Matre non admissam assumentes, si subsequae rationes, quod videlicet Ecclesia haec inter Acatholicos et in via Regia situatur, quod in loco nec Romano Catholicus existat Parochus, quod denique normalis animarum numerus non nisi 57 animarum defectum haben[*]
[fol. 366v]
Quod item Ecclesia e solidis materialibus recentissime exstructa Domusque Parochialis necessariis provisa commoditatibus ibidem existat; eandem pro Matre relinqui posse, non admitant; ad Matrem Ecclesiam Iasztancs tanquam ad unius quadrantis horae distantia sitam affiliandam fore adinvenimus ac taliter ex Consilio projectandam proponimus.
Ex hinc Matrem Ecclesiam Kolbasa in priori conscriptione cum filialibus N Kázmér, Koszma Sz. Ujfalu Vitany et Csorgo in posteriori autem non nisi cum filiabus Kozma Sz. Ujfalu praenotatam filialis autem N Toronya et Gercsel ad Biste in Vitany autem ad Velejte inductas assumentes. Harum intuitu et quidem quoad Matrem Kolbasa ratione ex ea quod loca Koszma Szilvás Ujfalu N. et K. Kasimir nec non Biste proximo forent accessumque nec montes ulla, nec exundationes aquarum praepedirent eidem affiliandas; Vitany autem ad Matrem Mikohaza in Inclyto Comitatu Aba-ujvar habitam adjiciendam, Possessiones autem N. Toronya, Gercsely Michalyi, Leginye, ad Velejte tanquam in via publica et meditullio harum omnium sitam, nec non Ecclesiam Lasztocziensem actu Matrem eidem affiliandam censuimus, ac taliter 99 humillime projectamus, addita ratione quod praefata Possessio Velejte reliquas omnes numero animarum superet Ecclesiaque provisa sit.

380 A 213r számú fóliótól a 365r számúig német nyelvű összefoglaló.

Super quo hacce humillimam facio relationem datum M. Iszip die 23 Aprilis 1787.

Sigismundus Boronkay de Eadem Inclyti Comitatus Zempleniensis V. Judlium manu propria (pecsét)
Mathias Gáll Canonicus Munkácsiensis Vice Archi Diaconus et Parochus Ujhely qua homo Diaecesanus manu propria (pecsét)

[fol. 367r]
Infrascriptus humillime refero; Quod posteaquam ego penes Gratiosam Inclytae Universitatis ex Parte Congregationi 12ae Maii 1786 in oppido Újhély celebrata sub Numero Prothocolli 1122 ad exigentjam Intimati Numero 10511/19312. insigniti emanatam exmissionem, Numerum Animarum Romano Catholicarum, nec non Unitorum Graeco Catholicarum prout et Acatholicarum, juxta hic adnexam Conscriptionis Tabellam Specifice expositum una cum connotatione capacitatis Ecclesiarum, designationeque inpedimentorum accessus ad Matrem Parochiam, deducta conscripsissem, Ecclesiam Velejtiensem Graeco-Catholicam in praenotata Tabella utut per Parochos Graeco-Catholicos Matrem praetensam, in conscriptiones Maternarum et Filialium Graeco Catholicarum ad Diaecesim Munkacsiensem pertinentjam inter Matres conscriptam, inter Ecclesias Matris Ecclesiae Lasztóczíensis Filiales propter obversas ex parte Dominii difficultates, quodve locali effective Parochi destituti, Matrem Ecclesiam Lasztóczíensem Parochiani acced[*] soleant induxi, id ipsumque fine altioris decisionis Inclytae [*] submitto. Signatum G. Szécs die 21ae July 1786.

Sigismundus Boronkay de eadem Inclyti Comitatus Zempleniensis V. Iudlium manu propria

[fol. 367v]
Numero 1778o
Sub congregatione 24a July 1786
Relatio
De conscriptis Ecclesiis Graeco Catholicis, signanter de Ecclesia Velejtiensi pro Matre praetensa inter Filiales inducta

Excelso Consilio cum reliquis et praesertis relationi paribus

Praesentatur 24ae Aprilis [*]
Numero 1298. den 26ten Aprilis 1787. Fasc. E.

[fol. 368r]
Numero 30o
60. = 1787
A. Numero 1 Pag. 1a

Infrascriptus humillime refero me cohaerenter Gratiosae Inclyti Comitatus intuitu elaborandae commodioris Graeci Ritus Catholicarum Parochiarum et Filialium partitionis et conjunctionis in conformitate altiorum ordinum interventae Numero 523. insignitae, mihique fine peragendae cum cointelligentia Diaecesani quoad designata objecta Investigationis et dandae eatenus per me opinionis, extradatae Determinationi Investigationem pro ratione situs Locorum in eadem Determinatione consignatorum et aliorum objectorum praeattactae partitionis tangentium Circumstantiarum, cum mutua ex parte Districtus Homonnensis, Nagy-Mihályensis, Laborczensis et Nasztasziensis Graeci Ritus Vice Archi Diaconis cointelligentia peregisse, eamque demissam opinionem esse, ut sequitur: Homonnensi Ecclesiae Matri ultra Loca utpote Nagy-Kemencze, Hazsina, Laczfalva, Kohanocz, Kudlocz, Homonna, Breszto, Mislina, Zavadka, prioribus Conscriptionibus pro Filialibus ad eandem Homonnensem Matrem designata, quae Mater hac ratione animas comprehenderet affilianda etiam censerem, Barkó, Kis Kemencze, Petitse, Porubka - Helmeczke et Jeszenő, ex motivis:

1° Quod oppidum Homonna, fere in meditulio praedictarum Possessionum situm et a potiori cum iisdem commetaneum maxima, item commodissima, eaque murata Ecclesia, praetereaque commodam Parochiam provisum sit, quae necessitate exigente levibus impensis extendi quoque possit.

2° Quod utut in Porubka etiam murata existat Ecclesia, ob ejus tamen angustiorem statum et Possessionis in efformandae Parochiae limite situm, Hazsinensis autem Ecclesia, quae et lignea et angusta et ruinae proxima *[fol. 368v]* et nec suo fundo Parochiali, seu appertinentiis provisa, Matribus apta haud censerem.

3° Quod declaratae Possessiones exceptis Barkó hucdum ad Őrmezőiensem Matrem affiliata, Porubka item hactenus misera Matre et Petitse, Kis Kemencze ejusdem filialibus Homonnensi Matri semper affiliata fuerint, actuque sint, et omnes in toto non nisi 1419 animas comprehendant.

4° Quod Ecclesia Porubkensis pro distincta Matre et ex ratione tenuitatis Proventus Parochi et incommoditatis Parochiae commode stabiliri non possit, cum is facto calculo vix 76 Rhenensis florenos hucdum effecerit et ideo actu quoque Parocho carere debeat.

5° Quod utut Porubka inter praespecificata loca ab oppido Homonna maxime distet; distantia tamen huc vix mediae secundae horae spatio conficiendum iter constituat.

6° Quod Possessiones Hazsina Nagy et Kis Kemencze, Petitse Porubka, Helmeczke et Jeszenő, velut trans fluvium Laborcz et respective Cziroka sitae, omni tempore per Telonialem Pontem Homonnensem commode transire possint - quoad Possessiones autem Barkó, Zavadka, Mislina, Hom-Breszto, Kudlocz et Kohanocz, nec montes, nec exundationes ullum impedimentum faciant.

7° Quod pro parte Possessionis Laczfalva infra quam Laborcz et Cziroka fluvii confluunt, quaeve ob eorum exundationem oppidum Homonna commode accedere nequit, Transitus per erectionem commodi in Fluvio Cziroka ex lignis materialibus scamni, ad Possessionem Hazsina securus procurari valeat, per quem tam ad Hazsinam, quam et Homonnam pro cultu Divino, tempore etiam

exundationum libere transire possint, qui transitus communibus harum duarum Possessionum operibus et impensis cum et Hazsinensibus necessarius sit, ex Materialibus per Dominatum - Terrestralem resolvendis facile exstrui potest.

8vo Quod Parochus Homonnensis ea Matre sua et actualibus ejus Filialibus tenuem subsistentjam habeat, quae tamen vel ex eo etiam melioranda foret, quod prout prius nonnunquam *[fol. 369r]* ita deinceps quoque Parochia Homonnensis pro statione etiam Graeci Ritus Vice Archi-Diaconi commodissime applicari possit, quae subsistentia per praeattactorum locorum novam affiliationem maxime juvabitur.

9o Quod praespecificata loca exceptis Nagy Kemencze et Mislina per Dominium Homonnense cujus caput oppidum Homonna actu possideantur, absolutisque Divinis, Negotia sua tam cum Dominatu et officiolatu suo Homonnae conferre, quam et alia privata pro ratione Emporii et Salis Depositorii commodissime perficere possint.

Laborcz Volga Mater cum Filialibus Nathafalva, - Sztara, Oreszka ultroquoque stabiliri posset, et neque Nathafalva ab eadem avelli quiret et quidem ex rationibus sequentibus, siquidem:

1o Possessio haec Nathafalva ita exundationi Fluvii Laborcz obnoxia foret, ut tempore exundationis absolute ad nullum alium locum accessus pateret.

2o Quia cessante aliquantulum exundatione aquarum, quae unice illa esse solet, quae ex rippa Fluvii errumpendo versus Possessionem Nathafalvam cursu veloci decurrit et a potiori intra 24 horas defluit, per consequens haud longiori tempore accessum ad praeexpositam Matrem impedit.

3o Quia nulla propior Parochia eidem advicinaretur. Denique Parochiae huic L Volyense, Őrmező quoque et Krivoscsány qua Filiales addendae venirent, ex rationibus siquidem

1o Possessio Krivoscsány nullae alteri viciniori Matri adjici quiret.

2o Accessum quoque continuum per Pontem L. Volyensem tempore etiam exundationis tutum haberet, ita et Possessio Őrmező vix ultra spatium unius quadrantis a Matre L. Volyensi distaret et neque ullo impedimento praepediretur.

Possessio Barkó jam ut attactum est ad Homonnensem applicanda.

[fol. 369v]

In Possessione Topolyán, siquidem propter defectum Normalis animarum numeri Mater stabiliri haud possit, eandem una cum Filia Petrocz Matri Nagy Mihalyiensi adjiciendam censerem, ex sequentibus rationibus.

1o Quia Possessio Topolyán vix duobus horae quadrantibus a Matre Nagy Mihalyiensi distaret.

2o Quia nullum conceptibile impedimentum in accessu subversatur

3o Topolyán, Petrocz, et Nagy Mihály uni eidemque Dominatui Terrestrali subest.

Possessio Leszna pariter ob defectum Normalis animarum numeri cum Filia A. Körtvélyes ad Matrem Rakocziensem addenda veniret sequentibus motivis.

1o Siquidem praeattacta Possessio Leszna a Matre Rákocz - vix duobus horae quadrantibus distaret, prout et AlsóKőrtvélyes non plus, quam media hora dissita foret.

2º Tam Leszna, quam et A Kőrtvélyes in accessu ad Rákocz nullum impedimentum habet.

Possessio Vásárhely separatim considerata Normali animarum numero carens, inter alias Matri in Lask habitae commodissime quidem pro filiali applicari potest; Ecclesia tamen Vasárhelyiensis pro Matre commodius, - quam Laskensis constitui, eique reliqua loca, nempe Lask Nagy Csebb, Pazdics, Banocz, Hor, Ujfalu et Tussa qua Filialia relinqui possent. Quia:

1º Teste Conscriptione numerus animarum in Vásárhely major est, quam in Lask.

2º Vásárhely in meditulio praefatarum Possessionum situatur

3º Hor, Ujfalu, et Tussa a Lask remotiores ad Vásárhely in medietate propiorem et per Pontes Vásárhelyienses commodum transitum habebunt, quoad reliqua autem loca nulla subversantur impedimenta. In ea UnghVáriensis et Krajnyensis viae publicae confluunt, unde et itinerantibus locus pro sacris commodior.

Quod Matri Orosz Hrabocziensi in moderna animarum conscriptione Orosz Bisztra quoque adnumeratur, quae *[fol. 370r]* in priori Conscriptione Matri Váralyensi adjecta fuit, hujus discrepantia deducitur sequentibus.

1º Quia Mater Possessionis Váralya Inclyto Comitatui Ungh ingremiata haberetur unde minus accurata Conscriptio animarum et Parochiarum peragi potuit

2º Quia aequali distantia a Possessione Orosz Hrabocz, quemadmodum a Possessione Várallya distaret, ex quo optimum fore censerem si Matri Orosz Hrabocziensi affiliarentur filiales sequentes Hrabova, Rosztoka, Dubrova, cum Smagocz, Inocz et Orosz Bisztra ex rationibus mox declarandis

1º Quia praeexpositae Filiales vix ultra mediam horam a Matre Orosz-Hrabocziensi distarent.

2º Orosz Hrabocz in meditulio praefatarum Possessionum situatur

3º Quia nullum impedimentum in accessu adinveniretur. Ad Matrem Ladomir tam Kolonicza, quam et Sztrihocz affiliari censerem, quia esto aliquantulum Sztrihocz difficiliorem ad Ladomir accessum habeat, aliorsum tamen affiliari haud potest, motivo etiam ex eo: quod nulla eidem propior Parochia advicinatur. Kolonicza vero juxta gratiosum decisum ultro quoque Matri Ladomiriensi relinquenda.

Quantum porro concernit Filialem Runyina, quae a Matre Topolya longius distaret accessumque difficiliorem haberet, eandem non aliorsum, quam ad Matrem Ruszka affiliandam censerem ex rationibus sequentibus:

1º Quia vix una hora a Matre Ruszka distaret

2º Quia in accessu nullum impedimentum /:praeter trium respective exiguorum montium transmeatus:/ obstaret. Possessionem Neoszedlice ultro etiam penes Matrem suam in Possessione Zboy habitam relinquendam censeo. Quia

1º Vix tribus quadrantibus horae ab eadem Matre distat, *[fol. 370v]* et nulli alteri Matri commodius applicari potest, cum omnes remotiores sint.

2º Inter haec duo loca nulli montes interjacent nec fluvii, qui exundatione a Matris aditu arceri possent, reperiuntur: Aliae autem Matres Ecclesiae et remotae et trans altissimos montes sitae sunt.

3º Per avulsionem Neo Szedlicze a sua Matre Zbojensi Mater nimis debilitaretur, nec Parochus Zbojensis subsistere posset.

Possessio Valaskocz siquidem nec pro debita Parochi sui intertentione in statu resolvendi foret, et neque ulli Romani Ritus Parochorum affiliari semet declarasset, quin imo Incolae potius locum suae habitationis relinquere, quam Romano Ritus Parocho subesse iteratis etiam vicibus declararunt, nulli alteri, quam Matri Sztakcsiniensi affiliari potest, quae 2bus circiter horis a Matre Sztakcsiniensi distaret.

Possessio Zubna siquidem in defectu Normalis animarum Numeri constitueretur eidem affiliandas censerem Possessiones sequentes, utpote Possessionem Nechval-Polanka et Papina et quidem ex rationibus mox ab infra declarandis:

1º Quia Mater haec Ecclesia murata et satis ampla provisa foret

2º Quia non ultra, quam 2bus quadrantibus a Matre Zubna promota Filiales situarentur.

3º Quia nullum impedimentum in accessu reperitur

4º In via Publica situatur, unde et itinerantibus locus pro sacris commodior

Possessio Alsó Jablonka cum pariter normali animarum numero destitueretur, eandem e numero matrum expungendam et ad Matrem Felső Jablonkensem affiliandam sequentibus ex rationibus judicarem et quidem

1º Quia a Possessione F. Jablonka non nisi media hora distaret, accessumque ullo periculo ad F. Jablonka haberet

2º Quia in Matre F. Jablonkensi Ecclesia ampla et murata haberetur, in Also Jablonka vero non nisi Ecclesia lignea, eaque exigua et proxime ruinae obnoxia conspiceretur.

Possessio Telepocz Matri in Possessione Hosztovicza sitae commodissime affiliari posset, quia *[fol. 371r]*

1º Vix media hora a Possessione Hosztovicza distat.

2º Nec montes, nec fluvii, qui aditum praeluderent reperiuntur.

3º Ecclesia Hosztovicza murata et majoris populi capax est.

4º Numerus animarum in Hosztovicza longe major est, quam in Telepocz, qui junctim efficeret animas tantum 1193.

5º Subsistentia Parochi, et ipsis Parochianis allevjamen accederet.

Homonna Rokitó cum Filialibus Toth Iablonya et Toth Kriva ultro quoque stabilitur, unice Izb. Rokitó et Izb. Hoszszumező iidem juxta posteriorem Conscriptionem additae affiliandae difficultantur, quae tamen non aliorsum, sed ad Matrem praeexpositam Hom. Rokitoensem adjiciendae sunt sequentibus ex rationibus et quidem

1º Quia Izbugya Rokitó ab Homon. Rokito non nisi per defluentem in Possessione Rivulum Viravka abinvice separatur.

2º Quia Ecclesia murata insimul et unitis viribus per Incolas utriusque Possessionis erecta haberetur.

3º Quia Cemeterium quoque utriusque Possessionis insimul exstructum foret.

4º Quia facto jam in defluente Rivulo scamno, accessus ex parte Izb. Rokitoviensi ad partem Homonna-Rokitoviensem semper patet: Ita et Izb. Hoszszu mező a Matre Hom. Rokitoviensi non nisi spatio 3 quadrantum distaret, aditusque per montem non adeo difficilis foret, et denique nullam aljam Matrem, seu propiorem, seu vero faciliori et commodiori accessu sibi advicinatam haberet. Possessionis Virava Mater siquidem normali animarum numero destitueretur eidem Possessionem Olsinko cum et huic numerus talis deesset affiliandam sequentibus rationibus censerem <pam>

1º Mater Virava murata et satis ampla Ecclesia provisa esset.

2º Quia Mater haec in Via Regia constitueretur ubi transeuntes quoque Divino cultui interesse possunt.

3º Quia a Matre Virava Possessio Olsinko vix media hora distaret accessumque satis commodum et absque ullo periculo transmeandum haberet, accederet et id

[fol. 371v]

4º Quod in Possessione Virava officium quoque Regium Tricesimale per Benignas constitutiones Regias constitutum haberetur cujus officiales velut honoratiores Divino cultu privari minus competens foret

Possessio Nyagó cum aeque normali animarum numero destitueretur eandem ad Matrem Csabalocz affiliandam censerem et quidem ex rationibus sequentibus

1º Siquidem Possessioni Nyago nulla filialis adjici possit quatenus normalem animarum numerum adaequaret.

2º Quia Possessio Csabalocz, murata et satis ampla Ecclesia provisa esset, Ecclesia vero Nyagoviensis non nisi sanctuarium ex solidioribus materialibus exstructum foret

3º Quia ex Nyagó ex Csabalocz satis commodus accessus daretur, et vix unius horae spatio distaret.

Possessionis Radvány Filiales sequentes utpote Horbok-Radvany et Izbugya-Breszto ultro quoque relinquendae sunt siquidem praeexpositae Filiales nulli alteri Matri commodius et facilius adjici possint. Quia

1º Vix duobus quadrantibus a Matre distant

2º Transitus per erectionem commodi in fluvio Laborcz scamni semper patebit

Possessionis Palota ad Ecclesiam Vidranyiensem ubi Mater reperitur affiliationem commodissimam fore censeo. quia

1º A Possessione Vidrány vix tribus quadrantibus horae distat

2º Nec montes, nec fluvii, quorum exundatione ab accessu matris arceri possent, reperiuntur.

3º Et Vidranyiensis et Palotensis Parochorum subsistentia separatim considerata tenuis, nec Populi numerus utriusque Ecclesiae magnus est.

4º Ecclesia Vidranyiensis capax et nova amplior Parochia sub actu exstructionis est.

5º Eidem Domino Terrestri hae duae Possessiones subsunt.

Super quibus hanc facio meam humillimam *[fol. 372r]* Relationem. Signatum Cziroka-Hoszszumező die 5ae Februarii 1787mo

(pecsét) Alexander de Szirmay Inclyti Comitatus Zempliniensis ordinarius Judlium manu propria
Marcus Benyioszky Graeci-Ritus Catholicorum Parochus et Vice Archi Diaconus Homonnensis manu propria
Andreas Kovejcsak Graeci Ritus Catholicorum Parochus Klenoviensis et Vice Archi Diaconus Zanasztaziensis Presbyter Saecularis manu propria
Stephanus Demianovits Parochus Csebiniensis et Vice Archi Diaconus Laborczensis manu propria
Simeon Rojkovits Graeci Ritus Catholicorum Parochus Samogyiensis et Vice Archi Diaconus Nagy Mihalyiensis ad Rati habitionem Excellentissimi Domini Diaecesani subscripsi manu propria

[fol. 372v]
Praesentatur 27 Martii
1110
Fasc. E.

Excelso Consilio
[fol. 373r]
Numero 30º
A. Numero 2. P. 1.

Infrascripti in obsequium gratiosae ratione instituendae Parochiarum et Filialium Graeci-Ritus Catholicarum comodioris in concursu Diaecesanorum, ex gratiosa Excelsa Consilii Locumtenentialis Regii ordinatione Partitionis sub Numero 523º interventae Determinationis humillime referimus quod nos normativum animarum numerum distantjam item locorum non secus difficultatem accessus ac aliis subversantes circumstantias in debitam attentionem summentes, sequentem Parochiarum et Filialium infra denotatarum Graeci Ritus Catholicarum mutuo Consilio elaboraverimus Partitionem et quidem Parochiam Szopkocziensem utut eadem cum Filialibus sibi adjunctis normativum animarum numerum haud adaequaret, quia nihilominus nec plures adhuc Filiales ipsi adjici nec ipsa alteri cuipjam Parochiae comode applicari quiret, insuper in Filiali sua, Possessione Grozocz in posteriori conscriptione ex ratione illa, quod Possessio haec extra gremium Districtus hujusce Göröginyiensis esset et neque per Administratorem pro tunc Parochiae pro Filiali indictata fuisset exmissa in suplementum normativi animarum numeri 110 animas numeraret, eandem porro etiam in statu quo relinquendam et stabiliendam humillime censeremus non secus
Intuitu Parochiae Pakasztoviensis similis considerationis proinde nec subdividi nec ampliari queuntis, cum praeter expositas in posteriori conscriptione Filiales Possessiones etiam Orosz Petrocz et Orosz Kajnya cum Alsó Sitnyicze, in quibus 172 animae numerantur ex eo quod vicino Districtui Sztropkoviensi ingremiatae habeantur, conscriptioni non insertae ad eandem Parochiam pertinere dignoscantur utut non nisi 263 universim animabus provisa esset, ea nihilominus nostra esset demissa opinio ut haec etiam necessitate ita exposcente in statu quo relinquatur. Relate vero *[fol. 373v]* Quoad Parochiam Repejoviensem Filiali Pravrocz provisam

Hinc Parochiam Varchocziensem /:Cum jam caeteroquin Filialis ejusdem Possessio quippe Bisztra, ad Parochiam Havajensem affilianda projectata foret :/ non nisi ad distantjam mediae horae sitam, impedimento pro casu qualiscunque exundationis nullo subversante cum animabus 262 affiliandam esse.
Ita etiam
Parochiam Roskocziensem, Parochiae Szonkoviensi, meliori et ampliori Templo provisae adjungendam et respective affiliandam venire Fundo et ipso Edificio Parochiali id ipsum suadentibus, nec respectu distantiae, vix mediae horae spatium efficientis aut accessus, semper liberi ullis subversantibus dificultatibus, demisse projectaremus Porro
Erga obmotam quoad Parochiam Borroviensem /:in futurum etiam ex ratione copiosioris in loco habiti Populi, pro tali relictam:/ in eo quaestionem, quod haec cum Filiali Kaleno in priori conscriptione exposita habeatur, in posteriori vero, Possessio Vidrany pro Matre et Possessio Kaleno qua Filialis ad eandem spectans, conscripta esset difformitatis hujus non aljam rationem haberi, quam quod medio tempore in Possessione Vidrany, antea ad Parochiam Nyagoiensem pertinente per suam Excellentjam Diaecesanum nova Parochia modo Possessione Palota pro filiali adjuncta, aucta, ordinata fuerit, humillime referimus Denique
Quoad Parochiam Stefanocziensem una cum Filialibus suis in posteriore conscriptione consignatis cum haec nec restringi, nec subdividi comodius posset, una cum Filialibus Tavarna Polyanka et Kladzany /:ubi antecedenter Parochus praefuerat, verum illo emortuo ex defectu normativi animarum numeri et necessariae Parochi subsistentiae:/per suam Excellentjam Diaecesanum, Parochiae Stefanocziensi adjunctis, transitum pro casu exundationis Rivuli ad molam Tavarnensem decurrentis aqua rarissime impediente, Hanc etiam velut sufficienti Normativo animarum Numero provisam in meditullio ad haec Filialium suarum sitam in statu quo relinquendam, humillime censemus.
[fol. 374r]
Insuper utut Parochia Homonna-Ollykensis, nec attacta haberetur qua nihilominus haec Possessioni Sztropko-Ollyka nominatae ita vicina esset, ut una quasi Possessio esse appareat quandoquidem transitus per praeterfluentem Rivulum debito ponte existente pro casu cujuslibet accrescentiae aquarum semper liber pateret praefatam Possessionem Sztropko Ollyka, tum ideo quod in Homonna Ollyka, plures reperiantur animae, tum etiam quod major et amplior quam ex parte adversa, de praesenti, ex solidis materialibus, proxime in statum perfectum deducenda, erigatur Ecclesia non obstante praeexistentia in praedicta Possessione Sztropko Ollyka Parochi, hanc Parochiae Homonna Ollykensi adjungendam et affiliandam in omni submissione projectamus.
Super quibus hancce demissam oppinionem nostram depromendo facimus humillimam Relationem Signatum Karna die 26ª Februarii Anno 1787.

Stephanus Demianovics Parochus Csebinensis et Vice Archi Diaconus Laborczensis manu propria
Marcus Benyószky Parochus Homonnensis et ejusdem nominis Dist. Vice Archi-Diaconus manu propria
Antonius Zámbory de Ritke Inclyti Comitatus Zempliniensis V. Iudlium

[fol. 374v]
Praesentatur 4ª Martii 1787.
947.
Fasc. E.
Relatio
Super qualiter elaborata Parochiarum et Filialium Graeci Ritus Catholicarum partitione
Excelso Consilio submittit Vice Comes
1787.
Tul. Numero 68.

[fol. 375r]
A. Numero 3. P 1.

Infrascripti ad exigentjam gratiosi Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii Intimati in negotio conscriptionis seu potius rectificationis Parochiarum Graeco Catholicarum propter nonnulla objecta uberius adhuc dilucidanda remisso sequentem humillimam opinionem nostram quo ad Districtum Vice-Archidiaconatus Varanoviensis servata omni possibili praecautione impedimentorum deprominens et quidem.

1º Possessio Szedliczke qua Mater dempto oppido Varano censetur manere in statu quo cum Filialibus Majoroczka, Varano-Hoszumező Henczocz et Csicsva Várálya.

2º Orosz-Kazmér Mater adjecto oppido Vazano ut numerus normativus prodeat cum prioribus Filialibus Benkőcz, T. Krajnya, et Lvákocz

3º Valyko cum Filialibus Bodzás et Trepecz manebit in statu quo.

4º Lomna Mater ex quo numerus normativus animarum non prodivisset, sed nec Filiales commodae eidem adjungi possent, affiliatur itaque Matri O Krucso una cum Filiali Orosz Volya.

5º Felső-Osva manet pro Matre cum filiali A. Osva

6º Detrik manet pro Matre et in sufficientia animarum suppletur per Possessionem Vavrinez, Dobra etiam alioquin pro filiali remanente.

7º Matyaska manebit pro Matre, sed quia ab eadem Filialis utraque avulsa, in locum harum affiliatur ipsi Mater Remenye, quae caeteroquin avulsa filiali Bisztra ob exundationem Fluvii Toplya, Possessione item Proszács pro commodiori situ ad Matrem Györgyösiensem, Mater permanere non potuit.

8º Györgyös manebit pro Matre, cui in locum Filialium Trans-Toplyam in Comitatu Sárossiensi existentium affiliantur pro summa commoditate antea Mater Kobulnicza cum Filialibus Micsak et Proszács Pradiis item Grodzin et Tarbaj.

[fol. 375v]

9º Petkocz Mater manet in statu priori cum Filialibus Magyaroska T. Izép, et Mihalyko remansa Possessione Fekete Patak ob crebriorem exundationem Fluvii Toplya

10º Csicsoka Mater cum Filialibus Mernyik Komorocz M. Krucso, adjecta Possessione T. Jesztreb quae per prius ad Matrem Agyagos trans fluvium Toplya situatam pertinebat.
Super quo humillimam facimus relationem Signatum Györgyös 27ª Februarii 1787.
Paulus Ghillányi de Lazy Inclyti Comitatus Zempliniensis ordinarius Judlium manu propria
Joannes Brilla ViceArchiDiaconus Varanoviensis Parochus Győrgyős manu propria

Praesentatur 13 Martii
Numero 998
der 13tum März 1787
Fasc. D.
Excelso Consilio submittatur V. Comes
[fol. 376r]
Infrascriptus humillime refero, quod ego Benigno gratiosam Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii in merito comodius partiendarum Graeco Catholicarum Parochiarum et Filialium sub Numero 523 interventam ordinationem anno nunc currente 1787 die 4ª Mensis Februarii Reverendo Domino Joanni Gulovics Graeco Catholicorum Parocho Bruszniczienſi ac una Districtus Sztropkova Vice Archi Diacono finem in tum comunicaverim; quatenus subinsertas hicce possessiones ex reflexionibus in provocata ordinatione significatis ad sensum praescripti partiri velit; sua interim Dominatio operi huic tuto semet immittere haud posse declaravit ex eo siquidem ab Excellentissimo Domino Praesule suo [*]us nihil sibi venerit; in obsequium tamen Benigno gratiosae ordinationis depromendae opinionis causa humillime censeret una mecum ha[*] optimam fore futuram partitionem si taliter constituerentur /:cum nec aliter fieri potest:/ utpote Havaj maneat pro Matre, Vladicsa vero cum Sztaskócz, Máhócz et ordinarie Bisztra eidem adjung[*] Item Kiss Bresnyicze Mater, obtineat adhuc praeter hucdum eidem adjacentes Vojtócz Potócska et Hoya, Possessionem Velkrop et opidum Sztropkó cum Filialis hujus accessum ad Matrem Boksa in Comitatu Saarosiensi trans fluvium Ondava sitam ex[*]datio saepenumero impedire solet; Dein Possessio Puczák praeter Filialem Szálnyik abtineat adhuc Possessionem Závoda, quae huc dum est Mater; et Possessio Jahusocz, quae actu modo totae Possessioni Závoda affiliata habetur, adjiciatur Parochiae Brusnyicza. Nec non Possessioni Orosz Hrabócz praeter Orosz Tokaj et Petheőfalva adjiciatur modo Mater Minyócz cum Filiali Mrázócz; quantum autem concernit Matrem Rafajocz; illa in posterum etiam cum iisdem, quibus hucdum provisa erat Filialibus manere debet; Mater enim haec quasi in medio Filialium posita est, et praeterea inter fluvios Ollyka et Ondava filiales ita inclusas habet, ut aliorsum avelli nulla earum possit, sed nec in locum avellendae eidem redintegratio procurari quiret; consequenter ab modicum illud incomodum, quid exigua montium vel potius tantum collium scansio causat, allegatus accessus dificilis ultroquoque pro tollerabili censetur super quibus hanc meam humillimam facio relationem.
Signatum Brusnicza die 6ª Februarii 1787

Joannes Bárczy de BárcziHaza Inclyti Comitatus Zempliniensis V. Iudlium manu propria
[fol. 376v]
Praesentatur 4ª Maii
1372
der 4tum Mäy 1787
Fasc. E.
[fol. 377r]
Numero 108º 1787

